Fragmentarium





datum · in hoc verbo instauratur ·
Diliges proximum tuum · sicut
teipsum · Dilectio proximi ma
lum non operatur · Plenitu
do ergo legis est dilectio · Sequentia sancti evangelii secundum Matheum
In illo tempore ascendente Ihesu
in naviculam · secuti sunt eum
discipuli eius · Et ecce factus
est motus magnus in ma
ri · ita ut navicula operiretur
fluctibus · Erat autem illis ven
tus contrarius · Ipse vero dor
miebat · Et accesserunt ad
eum discipuli eius · et susci
taverunt eum dicentes · Domi
ne salva nos perimus · Et dicit
eis · Quid timidi estis mo
dice fidei · Tunc surgens im
imperavit ventis et mari ·
et facta est tranquillitas
magna · Porro homines mi
rati sunt dicentes · Qualis
est hic : quia venti et ma
ri obediunt ei · Secreta ·
Concede quaesumus omnipotens deus :
ut huius sacrificii munus
[illegible]

Munera tua domine nos a de
lectationibus terrenis ex
pediant · et caelestibus semper in
struant alimentis · Per.
Familiam Dominica · iiij ·
tuam quaesumus domine continua
pietate custodi : ut quae in sola
spe gratiae caelestis innititur
tua semper protectione muni
atur · Per dominum · Ad romanos ·
Fratres · Induite vos
sicut electi dei · sancti et
dilecti viscera misericordiae · benigni
tatem · modestiam · patientiam
supportantes invicem · et do
nantes vobismetipsis ·
si quis adversus aliquem
habet querelam · sicut et
dominus donavit vobis
ita et vos · Super omnia
autem haec caritatem habentes ·
quod est vinculum perfectionis ·
Et pax dei exultet in cor
dibus vestris : in qua et vo
cati estis in uno cor[pore]
Et grati estote · [illegible]
[illegible]

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 399, 2r – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ofo0/383/5600)